



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

I. Decembris. S. Eligivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

SELIGIVS genere Lemouix, Catalaci Eucherio ac Terrigiâ parentibus natus, artem aurifabrorum didicit, in quâ adeò excelluit, ut à Clotario II. in aulam adscitus fuerit, apud quem, eiusq; filium Dagobertum, & Clodouem, nepotem, ob vitæ morumq; sanctitatem gratissimus existit. Mortuo Aichario in Episcopum Nouiomensem ac Tornacensem anno DCXLVI electus est. Hunc Flandri & Antuerpienses iure optimo, ut Apostolum suum, præcipuo honore venerantur. Cortraci, Aldeburgi, Rodeburgi, Oistburgi, Brugis, & alibi aras ac templa Deo consecrauit. Feretra seu capsas Sanctorum auro & gemmis exornauit, ac demum anno Domini DCLX. decessit, Nouiomi in cathedrali basilicâ conditus; vbi in hunc vsq; diem miraculis cocuscat. Pars reliquiarum eius postea Brugas ad templum S. Saluatoris est translata. *Ex Fast. Belg. Myrai.*



